



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 111. Doctores in hac Sessione ad disputandum selecti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.
A. C. 1438.

dilia collocata, Latinis ad partem Pontificis, Græcis vero ad Imperatoris, & Patriarchæ latus confidentibus, ita ut vultus mutuo ad se conversos tenerent.

§. CXI.

Doctores in hac Sessione ad disputandum selecti.

Ex Latinorum agmine in arenam descenderunt duo Cardinales, Albergatus & Julianus; Andreas ex Ordine S. Dominici Archiepiscopus Colossensis, Ludovicus Episcopus Forolivienfis Ordinis Minorum cum tribus Theologis Joanne de Montenegro ordinis F. F. Prædicatorum Lombardiæ Provinciale, Petro Perquerio ordinis Minorum, & Joanne de S. Thoma Eremitarum S. Augustini Alumno. Ex Græcis ad disputandum nominantur tres Metropolitæ, Marcus Eugenius Ephesinus, Isidorus Ruthenus, & Bellarion Nicænus, qui quidem ætate juvenis sed scientia ac modestia grandævus ceteris omnibus magis unionem promovit, eamque usque ad finem constanter defendit, quo tamen studio Græcorum, quibus hæc conjunctio non placuit, invidiam in se concitavit, adeo, ut in Italia hæere coactus esset, ubi tamen postea in virtutis suæ præmium Cardinalium purpura decoratus claruit. Præfatis hisce Metropolitæ

Sæcul. XV.
A.C. 1438.

tropolitans adjungebantur Theodorus Xanthopulus magnus Scevophylax, seu vassorum, & sacræ suppellectilis in Ecclesia S. Sophiæ custos; Michael Balsamon magnus Bibliothecarius ejusdem Ecclesiæ; necnon Georgius Gemistius, Vir per totam Græciam doctrinæ fama celebratissimus. In utriusque confidentium ordinis medio parvum collocabatur scabellum Nicolao Sagundino seu Secundino ex Insula Eubæensi destinatum. Andreas a S. Cruce solius Cardinalis Juliani mentionem facit, existimans, Cardinalem S. Crucis inter concertantes non fuisse recensitum, cum non nisi sex Viros hinc inde ad disputandum vocandos esse decretum fuisset. Secundinus interfuit tanquam interpretis ea, quæ utrinque Græco idiomate proferrentur, latine redditurus. Vir erat utraque lingua disertissimus, ac disputantium verba, atque sententias tum Græce, tum latine prolatas mira celeritate ultro citroque non fidelius, quam elegantius reddidit.

§. CXII.

Bessarionis oratio in hac Sessione.

Huic Sessioni initium dedit Bessarion *Abbe Conc. prolixum fatis sermonem dicens, in* ^{to. 13. p. 35.} quo totus erat in deprædicandis concordie fructibus, exponens, quam ardentibus

Hist. Eccles. Tom. XXVII. B b bus